

T A B E L L A E

Tab. 1

**Dispensationes et gratiae a Visitatore Apostolico Achilli Ratti
inde a 17 Novembris 1918 concessae**

Numerus et dies petitio-nis	Quis petit?	Quid petitur?	Dies conces-sionis	Locus fontis et N. prot
1	2	3	4	5
1. 17 XI	Sac. Antonius Dorocho-wicz ¹	Petit dispensationem a consanguinitate primi gradus in linea collaterali pro Procopio Praczuk, viduo, et Constantia Zdunko, vidua.	5 XII 1918	192 f. 54r P. 327
2. 18 XI	Sac. Michael Piasz-czyński ²	Petit dispensationem ab affinitate secundi gradus pro Vladislao Józwik, viduo, et Boleslava Rybicka.	5 XII 1918	192 f. 52r P. 325
3. [22 XI]	Sac. Iosephus Michni-kowski ³	Petit concedi sibi privilegium reci-tandi quotidae Missam de Beata Maria Virgine vel de Requie, cum ri-tus permittit, ob debilitatem oculo-rum ⁴ .	[22 XI] 1918	192 f. 49r P. 295
4. 22 XI	Sac. Henricus Nowacki ⁵	Petit facultatem altaris personalis privilegiati semel in septimana et per quinque annos in oratorio Varsaviensi comitum Tyszkiewicz.	22 XI 1918	192 f. 50r P. 296

¹ Sac. Antonius Dorohowicz (natus a. 1862), sacerdos ordinatus est a. 1890, usque ad a. 1925 parochus in paroecia Waniewo dioecesis Sejnensis.

² Sac. Michael Piaszczyński (1885-1940). Ordinem presbyteratus suscepit a. 1911, fuit parochus paroeciae Poryte dioecesis Sejnensis, deinde professor in Seminario Dioecesano Łomżensi. Obiit in campo interneccandis captivis Sachsenhausen.

³ Sac. Iosephus Michnikowski (1870-1939). Presbyter ordinatus est a. 1890, fuit decanus et parochus in Płońsk, ornatus dignitate cubicularii Suae Sanctitatis. Erat etiam canonicus ad honorem, deinde praefatus archidiaconus Capituli Ecclesiae Collegiatae Pultoviensis, a. autem 1925 decanus et parochus in Mąkowo, deinde parochus et decanus Pultoviensis (Pułtusk). A. 1938 insignitus Cruce Commendatoria nomismatis "Polonia Restituta". M. Novembri a. 1939 comprehensus et, postquam morbo peripneumoniae (pulmonitis) correptus erat, e carcere est liberatus et mox de vita decessit.

⁴ In margine legitur adnotatio: "Concessum ad decennium".

⁵ Sac. Henricus Nowacki (1891-1968), ordinem presbyteratus accepit a. 1913, sacerdos dioecesis Sandomiriensis, ab a. 1934 incardinatus archidioecesi Varsaviensi. A. 1952 praefatus domesticus

1	2	3	4	5
5. 28 XI	Sac. Georgius Kamiński ⁶	Petit dispensationem ab impedimento affinitatis primi gradus in linea collaterali pro Paulo Jastrzębski, viduo, et Bronislava Brulińska.	5 XII 1918	192 f. 53r P. 326
6. 4 XII	Sac. A. Karpowicz ⁷	Petit dispensationem ab impedimento affinitatis primi gradus, quae intercedit inter Andream Jakubowski, viduum, et Mariannam Orłowska.	29 XII 1918	192 f. 60r- 61r P. 423
7. 10 XII	Sac. Antonius Bożek ⁸	Propter difficultem rei familiaris condicionem petit, ut summus pontifex numerum Missarum pro parochianis celebrandarum ad quattuor in anno reducere velit ⁹ .	14 I 1919	192 f. 732r- 733r P. 352
8. 19 XII	Sac. Iosephus Wojtkiewicz ¹⁰	Petit concedi sibi facultatem erigendi Viam Crucis et prorogandi benedictionem Coronae cum indulgentia 500 dierum.	19 XII 1919	192 f. 56r P. 363
9. 28 XII	Epus Romualdus Jałbrzykowski	Praesentat supplicationem sac. Alexandri Dołęgowski ¹¹ , parochi in Piątnica, 13 IX 1918 datam, de concedenda dispensatione ab impedimento secundi gradus consanguinitatis in linea collaterali inter Julianum Salewski et Bronislavam Tykocka.	De conces- sione gratiae nihil constat	192 f. 57r- 58r P. 422

Suae Sanctitatis. Studiis musicis in Pontificio Instituto Musices Ecclesiasticae Romae absolutis, a. 1924 factus est praefectus chori archicathedralis Varsaviensis et a. 1924-1940 magister cantus in Seminario Dioecesano. A. 1932-1938 docebat cantum Gregorianum in classi organorum in Conservatorio Musico. Composuit multos cantus et carmina religiosa.

⁶ Sac. Georgius Kamiński, natus a. 1863, presbyteratus ordinem accepit a. 1887, fuit decanus et parochus paroeciae Śniadów dioecesis Sejnensis.

⁷ Sac. A. Karpowicz, parochus paroeciae Wąsosz dioecesis Sejnensis.

⁸ Sac. Antonius Bożek, cfr. ANP LVII/1, notam 175, p. 93.

⁹ Per litteras, 26 I 1919 datas, quarum exemplar servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 82r (N prot. 554), visitator apostolicus sac. Antonius Bożek certiorem fecit summum pontificem permisisse, ut Missae pro parochianis celebrandae ad 12 in anno reducerentur. Cfr. N. 316 et 434.

¹⁰ Sac. Iosephus Wojtkiewicz, cfr. ANP LVII/1, notam 421, p. 190.

¹¹ Sac. Alexander Dołęgowski (natus a. 1874), presbyteratus ordinem suscepit a. 1897, parochus paroeciae Piątnica, ab a. 1920 parochus in Radziłów in dioecesi Sejnensi.

1	2	3	4	5
10. 30 XII	Sac. Georgius Staciak ¹²	Petit dispensationem ab impedimento affinitatis secundi gradus pro Boleslao Jankowski, viduo, et Vladislava Strzeszewska.	5 XII 1918	192 f. 51r P. 324
11. 31 XII 1918	Maria Iosepha Twarowska ¹³	Certiorem faciens summum pontificem Cracoviae penes monasterium Sororum a Visitatione B.M.V. inde ab a. 1869 exstare confraternitatem Custodiae Honorariae Sacratissimi Cordis Iesu, petit, ut penes idem monasterium condatur archiconfraternitas Custodiae Honorariae Sacratissimi Cordis Iesu, omnibus privilegiis de more instructa ¹⁴ .	19 I 1919 ¹⁵	191 f. 576r- 577r P. 508.
12. 9 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem ab impedimento consanguinitatis in secundo gradu lineae collateralis pro Petro Bobek et Melania Germak.	25 I 1919	192 f. 77r-v P. 543.
13. 9 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem pro Ioanne Żyliński et Stephanii Żylińska, vidua, ab impedimento affinitatis primi gradus lineae collateralis.	25 I 1919	192 f. 78r-v P. 545.

¹² Sac. Georgius Staciak, parochus paroeciae Puchały in decanatu Łomżensi dioecesis Sejnensis.

¹³ Maria Iosepha Twarowska (obiiit 1955), superior monasterii Cracoviensis Sororum a Visitatione B.M.V. a. 1917-1920, optime merita de diffundenda Custodia Honoraria Sacratissimi Cordis Iesu. Cfr. N. 389.

¹⁴ Petitionem M. Iosephae Twarowska commendavit epus auxiliaris dioecesis Cracoviensis, Anatolius Nowak. Duas similes petitiones mutatis mutandis, alteram 2 I 1919, N. prot. 481 (cfr. N. 389), alteram 8 I 1919 datas, scripsit soror Maria Rosalia Janiszewska, quae hic non publicantur et quarum exempla servantur in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 539r-540r (N.prot. 465). Litterae visitatoris apostolici, 13 I 1919 ad card. Petrum Gasparri datae, petitiones sororum a Visitatione commendantes, remanserunt in actis Visitationis Apostolicae (cfr. AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 578r - or., 192 f. 848r - cop.), nam visitator apostolicus vastiores facultates adeptus est (cfr. supra N. 423), quarum vigore erexit Archiconfraternitatem Custodiae Honorariae penes monasterium sororum a Visitatione Cracoviensem.

¹⁵ De ergenda Archiconfraternitate Custodiae Honorariae Sacratissimi Cordis Iesu Achilles Ratti praeter alios edocuit M. Iosepham Twarowska litteris 19 I 1919 datis (N.prot. 521), in quibus inter alia scripsit: "en vertu des pouvoirs que nous tenons du S. Siège Apostolique nous érigeons la Confrérie de la Garde d'Honneur du Sacré Coeur de Jésus, qui existe dans l'église de Votre Monastère depuis l'an 1869, en Archiconfrérie, avec tous les droits, les priviléges et les grâces spirituelles qui découlent de la création et nature de cette Archiconfrérie, pourvu que l'on observe tout ce que par droit et loi on doit observer". Exemplar huius scripti, quod hic non vulgatur in forma documenti separati, servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 882r.

1	2	3	4	5
14. 9 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem pro Ioanne Mocarski et Stanislava Mocarska, vidua, ab impedimento affinitatis in secundo gradu, primum attingente, in linea collaterali.	25 I 1919	192 f. 79r-v P. 546
15. 9 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem ab impedimen- to affinitatis primi gradus in linea collaterali pro Matthaeo Chroście- lewski, viduo, et Rosalia Malewska	25 I 1919	192 f. 80 r-v P. 547
16. 10 I 1919	Epus Augusti- nus Łosiński	Petit prorogationem S. Communionis paschalis pro fidelibus dioecesis Kielcensis a Dominica Septuagesi- mae usque ad festum SS. Corporis Christi ¹⁶ .		191 f. 562r P. 474
17. 10 I 1919	Epus Augusti- nus Łosiński	Petit, ut liceat sibi mutare legatum, quo obligatur semel in mense cele- brare Missam pro defunctis ex fami- lia Zarzycki. Mutatio eiusmodi legati in eo consistere debet, quod in locum oratorii coemeterialis Missae cele- brabuntur in ecclesia parochiali ¹⁷ .		191 f. 563r P. 475
18. 10 I 1919	Epus Augusti- nus Łosiński	Petit prorogari sibi facultatem, a. 1912 a Sede Apostolica ad quinquen- nium concessam, donationes et sti- pendia pro Missis binatis, in festis suppressis celebratis, ad necessita- tes seminarii dioecesani destinan- di ¹⁸ .	12 I 1919	191 f. 63r P. 476

¹⁶ Cum Sedes Apostolica visitatori apostolico Achilli Ratti novas, largiores facultates conces-
sisset (cfr. supra N. 432), litterae eius 13 I 1919 ad card. Petrum Gasparri datae, petitionem epi
Augustini Łosiński commendantes, in actis Visitationis Apostolicae manserunt (cfr. AV, Arch.Nunz.
Vars. 192f. 854r (N.prot. 484). De prorogato tempore S. Communionis paschalis visitator apostolicus
epum Łosiński certiorem fecit per litteras 17 I 1919 datas (N.prot. 511), quarum exemplar custoditur
in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 876r.

¹⁷ De mutatione legati visitator apostolicus edocuit epum Łosiński litteris 17 I 1919 datis
(N.prot 510), quarum exemplar servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 875r.

¹⁸ Litterae visitatoris apostolici ad card. Petrum Gasparri 13 I 1919 datae, hanc petitionem
commendantes, remanserunt in actis Visitationis Apostolicae in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 857r
(N.prot. 489), cfr. supra notam 16.

1	2	3	4	5
19. 10 I 1919	Epus Augustini- nus Łosiński	Petit, ut - propter insufficientem do- tationem - privilegia Capituli Cathe- dralis Kielcensis ad servitium cho- rale et cumulationem beneficiorum pertinentia prorogentur ¹⁹ .	12 I 1919	191 f. 64r P. 477
20. 13 I 1919	Epus Romual- dus Jałbrzyko- wski	Petit dispensationem ab impedimen- to affinitatis in primo gradu lineae collateralis pro Boleslao Posiewski, viduo, et Constantia Podlewska, vi- dua.	15 I 1919	191 f. 66r-v P. 497
21. 13 I 1919	Sac. Constan- tinus Wita- szek ²⁰	Petit concedi sibi facultates benedi- cendi cum applicatione indulgentia- rum: scapulare Beatae Mariae Vir- ginis de Monte Carmelo, scapulare caeruleum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, scapulare Sacratissi- mi Cordis Iesu Christi, nomisma S. Benedicti, rosarium Beatae Mariae Virginis, nomisma S. Dominici, nec- non cruces cum applicatione indul- gentiarum Viae Crucis ²¹ .	14 I 1919	192 f. 65r P. 488
22. 13 I 1919	Epus Ro- mualdus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem pro Vladislao Wiśniewski et Valeria Wiśniewska, vidua, ab impedimento affinitatis primi gradus in linea collaterali.	15 I 1919	192 f. 67r P. 498
23. 13 I 1919	Epus Ro- mualdus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem ab impedimen- to affinitatis primi gradus lineae collateralis pro Vincentio Grodzki, viduo, et Anna Kossakowska, vidua.	15 I 1919	192 f. 68r-v P. 499

¹⁹ In calce paginae legitur adnotatio secretarii: "Prorogata ad 10 annos per litteras D.ni Visitatoris, 12 I 1919.

²⁰ Constantinus Witaszek, natus a. 1880, sacerdotium accepit in Congregatione Missionariorum a. 1906, rector ecclesiae Ascensionis Domini Vilnae.

²¹ In texto supplicationis verba: "Scapulare caeruleum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, scapulare Sacratissimi Cordis Iesu Christi, nomisma S. Benedicti" linea subducta signata sunt. In calce paginae legitur adnotatio manu Ermenegildi Pellegrinetti exarata: "Concessae ad quinquen-
nium suprascriptae facultates exceptis iis, quae signo caeruleo subsignatae sunt. Die 14 Ianuarii 1919, Varsaviae. Datum per Visitatorem Apostolicum Achillem Ratti".

1	2	3	4	5
24. 19 VIII	Epus Romualdus Jałbrzykowski	Petit dispensationem pro Antonio Mroz, viduo, et Alina Izbicka ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis ²² .	15 I 1919	192 f. 69r-v P. 501
25. 16 I 1919	Sac. Georgius Źamejć ²³	Petit, ut mulier quaedam desponsata a voto castitatis in iuventute emissio exoneretur.	16 I 1919	192 f. 70r P. 506
26. 16 I 1919	Sac. Georgius Źamejć	Petit licentiam bendicendi matrimonium inter Luciam Źygunia, viduam, et Mieczlaum Sarnacki ineundum, cum de morte mariti Luciae in bello unius tantum testis testimonium habeatur.	Matrimonium dilatum ²⁴	192 f. 71r P. 507
27. 16 I 1919	Sac. Georgius Źamejć	Petit concedi sibi privilegium altaris privilegiati pro altari principali in ecclesia parochiali in Dolubowo ad decennium duraturum.	17 I 1919	192 f. 72r P. 517
28. 16 I 1919	Epus Romualdus Jałbrzykowski	Petit dispensationem pro Felice Moślowicz et Alexandra Romańczuk ab impedimento consanguinitatis secundi gradus, primum attingentis.	21 I 1919	192 f. 75r P. 541
29. 20 I 1919	Sac. Leo Źebrowski ²⁵	Propter aliquas discordias cum episcopo ordinario sibi intercedentes petit concedi sibi facultatem dispensandi in decanatu Grodnensi (dioecesis Vilnensis) super impedimento affinitatis primi gradus lineae collateralis et consanguinitatis secundi gradus item lineae collateralis ²⁶ .	26 I 1919	192 f. 84r P. 558

²² Litterae comitatoriae, petitiones sub n. 19 et 21-23 visitatori apostolico commendantes, servantur in AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 569r (N.prot. 492).

²³ Sac. Georgius Źamejć (natus a. 1885), ordines sacerdotales accepit a. 1908, erat parochus paroeciae Dolubowo in dioecesi Vilnensi.

²⁴ Visitator apostolicus sollemnitatem nuptiale distulit usque ad rite factam confirmationem mortis mariti Luciae.

²⁵ Lao Źebrowski, cfr ANP LVII/1, notam 317, p. 158.

²⁶ In margine legitur adnotatio manu Achillis Ratti scripta: "Concesso per 12 casi, perdurante l'impossibilità d'accesso all'Ordinario . A. Ratti Visitatore Apostolico".

1	2	3	4	5
30. 21 1919	Epus Ignatius Dubowski	Supplicat Congregationi Sancti Officii, ut prorogetur sibi facultas, 8 II 1917 concessa, dispensandi super impedimento mixtae religionis ²⁷ .	12 II 1919	192 f. 104r P. 655
31. 21 I 1919	Epus Ignatius Dubowski	Supplicat Congregationi de Sacramentis, ut prorogetur facultas, die 17 IV 1914 ordinario Zytomeriensi ad quinquennium concessa, dispensandi super impedimentis consanguinitatis in secundo gradu et affinitatis in primo et secundo gradu ²⁸ .	12 II 1919	192 f. 105r P. 656
32. 21 I 1919	Epus Ignatius Dubowski	Supplicat Sancto Patri, ut propter difficultates in commercio litterarum metropolitae Mohiloviensis, Petropoli residentis, liceat, ut causae matrimoniales primae et secundae instantiae examinentur in locali consistorio a duobus separatis iudicium coetibus, moderatore episcopo auxiliari et ipso ordinario, causae vero tertiae instantiae in iudicio archiepiscopali metropolitae Varsaviensis ²⁹ .	12 II 1919	192 f. 105r P. 656
33. 21 I 1919	Epus Ignatius Dubowski	Annectit supplicationem Basilii Styšlo sacerdotis ritus Graeco-catholici, 28 XI 1918 ad summum pontificem datam, et petit, ut papa permittat transitum eiusdem sacerdotis Styšlo ad clerum dioecesis Zytomeriensis ritus Latini ³⁰ .	12 II 1919	191 f. 655r- 659r P. 653

²⁷ In calce paginae adnotatio secretarii Ermenegildi Pellegrinetti: "Confirmatur ad biennium a D.no D.no Achilli Ratti. Vis. Ap."

²⁸ In calce paginae adnotatio secretarii Ermenegildi Pellegrinetti: "Confirmata ad quinquennium ab Exc. D.no D.no Achilli Ratti. Vis. Ap."

²⁹ In margine legitur adnotatio: "Concessum a Visitatore Apostolico Varsaviae, Excellentissimo D.no D.no Achilli Ratti, 12 II 1919 usque ad tertium mensem post bellum. Tertia instantia Varsaviae pro causis matrimonialibus tantum".

³⁰ De sac. Basilio Styšlo ad ritum Latinum accepto et dioecesi Zytomerensi destinato visitator apostolicus epum Ignatium Dubowski certiore fecit litteris 12 II 1919 datis (N prot. 659), quarum exemplar servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 962r.

1	2	3	4	5
34. 22 I 1919	P. Casimirus OFM Cap ³¹	Petit, ut Patribus Viatore ³² , Beniamino ³³ et Camillo ³⁴ concedantur facultates: benedicendi cum indulgentiis crucem, coronas et nomismata; benedicendi coronas cum 500 dierum; benedicendi cruces cum indulgentiis "Viae Crucis"; benedicendi nomismata S. Benedicti cum indulgentiis Ordinis Praedicatorum et adscribendi Confraternitati SS. Rosarii; benedicendi et imponendi scapulare Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, scapulare B.M.V. Immaculatae Conceptionis, scapulare Septem Dolorum B.M.V., scapulare SS. Trinitatis, scapulare Sacratissimi Cordis D.N.I.C. (Pellvoisin).	Informatio de concessis facultatibus deest	192 f. 73r P. 526
35. 23 I 1919	Epus Romualdus Jałbrzykowski	Petit dispensationem pro Iosepho Hyl, viduo, et Rosalia Wysocka ab impedimento affinitatis secundi gradus lineae collateralis.	25 I 1919	192 f. 74r P. 539
36. 23 I 1919	Epus Ignatius Dubowski	Supplicat summo pontifici, ut sibi concedantur facultates restituendi ordines sacros "sacerdoti Iosepho" dioecesis Luceoriensis-Zytomeriensis, qui abhinc aliquot annos sacerdotium reliquit et matrimonium iniuste constituit, sed facta debita poenitentia in sinum Ecclesiae Catholicae redire cupit ³⁵ .	6 II 1919	191 f. 636r P. 608.

³¹ Pater Casimirus (Ioannes Kuderkiewicz), cfr. ANP LVII/1, Tab. 1, notam 39, p. 404.

³² In saeculo Venceslaus Rytel (1883-1942). Ordinem Cappucinorum ingressus a. 1912. In variis carceribus et campis custodiendis captivis in Germania detentus, mortem martyris passus est.

³³ Nomen monasticum Constantini Stanislai Zontag (188-1931). Accepto presbyteratu a. 1912 in curam animarum incubuit tamquam sacerdos dioecesis Lublinensis. Ordinem ingressus est a. 1917.

³⁴ In saeculo Hyacinthus Pomianowski (1887-1969). Suscepito ordine presbyteratus a. 1914 in cura animarum laborabat tamquam sacerdos dioecesis Vladislaviensis. Ordinem Cappucinorum intravit a. 1918 in Nowe Miasto. Ex parte Germanorum belli tempore varias vexationes et persecutio-nes pertulit.

³⁵ Visitator apostolicus epum Ignatium Dubowski de concessa ei huiusmodi facultate edocuit litteris 6 II 1919 datis (N.prot. 609), quarum exemplar servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 930r.

1	2	3	4	5
37. 24 I 1919	Epus Romualdus Jałbrzykowski	Petit dispensationem pro Adamo Dąbrowski, viduo, et Natalia Czaplicka ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	2 II 1919	192 f. 88r P. 583
38 24 I 1919	Epus Romualdus Jałbrzykowski	Petit dispensationem pro Vladislao Prodzki, viduo, et Stanislava Kulesza ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	2 II 1919	192 f. 91r P. 586
39. 26 I 1919	Epus Petrus Mańkowski	Petit concedi sibi sequentes facultates: 1) conficiendi S. Olea absque assistentia subdiaconorum et diaconorum, adstantibus tantum paucis presbyteris; 2) celebrandi absque reliquiis sanctorum ³⁶ ; 3) dispensandi super defectu aetatis unius anni in promovendis ad presbyteratum; 4) concedendi clericis facultatem induendi se vestibus saecularibus ex rationabili causa; 5) dispensandi super recitatione Divini Officii, ipsum in aliud pium opus commutando ³⁷ ; 6) concedendi quibusdam sibi bene visis, prout casus tulerit, licentiam generalem legendi et retinendi libros prohibitos ³⁸ ; 7) asservandi SS. Sacramentum in cappella domestica episcopali ad decennium; 8) absolvendi in foro interno ab omnibus censuris summo pontifici simpliciter vel speciali modo reservatis; 9) inducendi in dioecesim congregaciones religiosas virorum et mulierum, quibus virtutem auctoritatis sibi concessae poterit libere providere de ecclesiis postmonasticis, a sacerdotibus saecularibus administratis, et sine licentia priorum possessorum religiosorum ³⁹ ;	4 II 1919	192 f. 921 r- 922v P. 594.

³⁶ In margine legitur adnotatio manu Achillis Ratti exarata: Haec tamen ut quam primum provideatur ad normam iuris.

³⁷ In margine legitur adnotatio Achillis Ratti: Iusta de causa.

³⁸ In margine legitur adnotatio Achillis Ratti: Salvo can. 1402 §7.

³⁹ In margine legitur adnotatio Achillis Ratti: Ad modum provisionis temporaneae et salvo iure tertii nunc absentis nec proxime adfuturi nec reclamantis.

1	2	3	4	5
		10) dispensandi etiam habitualiter super abstinentia et ieiunio, quatenus vox "in casibus singularibus" (can. 1245 § 1) ita sit intelligenda, ut dispensationes istae de iure communi nonnisi per modum actus concedi valeant ⁴⁰ ; 11) praedictas facultates communicandi cum aliis ⁴¹ .		
40. 28 I 1919	Epus Antonius Iulianus Nowo- wiejski	Petit, ut iuxta normas novi Codicis Iuris Canonici renoventur facultates, a Sancta Poenitentiaria 16 IV 1913 ad sexennium sibi concessae, et quae pertinebant ad absolutionem a censuris et dispensationem ab impedimentis matrimonialibus reservatis ⁴² .	5 II 1919	191 f. 635r P. 605
41. 29 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem pro Casimiro Jodziewicz et Anna Jodziewicz ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	8 II 1919	192 f. 96r-v P. 627
42. 29 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem pro Theophilo Farasiewicz, viduo, et Adolfina Brzozowska ab impedimento affinitatis primi gradus lineae collateralis.	8 II 1919	192 f. 97r-v P. 628
43. 29 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem pro Seraphino Lasy, viduo, et Anna Pampalaité ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	8 II 1919	192 f. 98r-v P. 629
44. 29 I 1919	Epus Antonius Karaś	Petit dispensationem pro Constantino Balčiūnas, viduo, et Elisabeth Karpavičiuké ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	8 II 1919	192 f. 99r-v P. 630

⁴⁰ In margine legitur adnotatio Achillis Ratti: Iusta de causa et ad tempus, cfr. can. 1245 § 2.

⁴¹ In margine legitur adnotatio Achillis Ratti: Ad tempus pro publica valetudine, 2 et 8. In calce paginæ legitur summarium manu secretarii scriptum: Spedita risposta di concessione delle grazie e richieste con modifiche e restrizioni a numeri: 2, 5, 6, 9, 10, 11 il giorno 4 febbraio 1919, per mano di Mons. Sapieha vescovo do Cracovia. A. Ratti Vis. Ap. Varsavia.

⁴² In margine legitur adnotatio Achillis Ratti: Risposto N. 606. Exemplar huius scripti servatur in AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 926r.

1	2	3	4	5
45. 30 I 1919	Epus Romual- dus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem pro Iosepho Kossakowski et Helena Kossakowska ab impedimento consanguinitatis in secundo gradu, tangente primum, lineae collateralis.	2 II 1911	192 f. 89r P. 584
46. 30 I 1919	Epus Romual- dus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem pro Adolfo Orzechowski, viduo, et Ceslava Hnowrowska ab impedimento affinitatis in secundo gradu, tangente primum, lineae collateralis.	2 II 1919	192 f. 90r P. 585
47. 30 I 1919	Epus Ro- mualdus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem pro Casimiro Piętka, viduo, et Leocadia Godlew- ska ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	2 II 1919	192 f. 85r P. 587
48. 31 I 1919	S. Caroli- na Rości- szewska	Petit, ut Veronica Jabłońska, quae iam in Congregatione Ancillarum Iesu novitia fuerat, ad susceptionem habitus postulantum in Congregatione Sororum Immaculatae Conceptionis admitti possit.	31 I 1919	192 f. 85r P. 587
49. 31 I 1919	Epus Ro- mualdus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem pro Paulino Milewski, viduo, et Rosalia Pupek ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	2 II 1919	192 f. 86r P. 581
50. 31 I 1919	Epus Ro- mualdus Jałbrzy- kowski	Petit dispensationem pro Iosepho Dmochowski, viduo, et Rosalia Jórzak ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	2 II 1919	192 f. 87r P. 582
51. 31 I 1919	Sac. Felix Zalew- ski ⁴³	Petit dispensationem pro Thoma Krupkowski, viduo, et Felicia Bagieńska ab impedimento affinitatis in primo gradu lineae collateralis.	22 II 1919	192 f. 134r P. 713

⁴³ Sac. Felix Zalewski, administrator paroeciae Branscensis et decanus Bielscensis.

Tab. 2.

**Enumeratio personarum,
quae per Visitatorem Apostolicum Achillem Ratti quaerebantur.**

Siglorum explicatio:

- a - personae, quae quaerebantur;
- b - earum certum vel verisimile domicilium;
- c - personae, quae quaerebant;
- d - causa querendi;
- e - ubi invenitur scriptum, quo quaesitio personae incipiebat;
- f - ubi servatur documentum intercessionem visitatoris apostolici attestans;
- g - ubi servantur responsa ad intercessionem visitatoris apostolici;
- h - ubi servatur responsum ad scriptum, quo quaesitio incipiebat;
- i - addenda.

1. a - Maria d'Ancewicz; **b** - Helvetia; **c** - Hedwigis d'Ancewicz, soror Mariae; **d** - exspectat licentiam auctoritatum Germanicarum Varsaviam redeundi; **e** - Departimentum Status Regni Poloniae ad Ermenegildum Pellegrinetti, 4 X 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 325 r (N prot. 171); **h** - Ermenegildus Pellegrinetti ad Departimentum Status Regni Poloniae, 15 X 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 509; **i** - visitator apostolicus promisit se licentiam ab auctoritatibus Germanicis impetratam, ut soror Mariae d'Ancewicz Varsaviam reverti possit, in Helvetiam esse missurum.

2. a - Ioannes Czarwark cum familia; **b** - Wiegona bei Neuhof, Kreis Wongrowitz, Provinz Posen; **c** - fr. Iosephus Łukaszeński (religiosus), fixum domicilium habens Romae; **d** - abhinc quattuor annos nulla nova de eo habentur; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 12 X 1918, AV, Arch. Nunz.Vars. 191 f. 421 r (N prot. 284); **h** - Achilles Ratti ad card. Petrum Gasparri, 20 XI 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 644 r (N prot 285); **i** - Ioannes Czarwark erat vitricus fr. Iosephi Łukaszeński.

3. a - Aloisius (Luigi) Farolfi cum familia; **b** - Russia; **c** - parentes; **d** - postulatur informatio, utrum mortem naturali mortuus sit, an familiares ipsius tranquille vivant et an in alias regiones demigrare possit; **e** - Vincen- tius Bacchi, epus Faventinus, ad card. Petrum Gasparri, 23 VII 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 491 r; **f** - nota manu Achillis Ratti scripta: "Con l'indirizzo del Farolfi in Russia passato a Mons. Płoskiewicz, 28 XII 1918", ibidem in margine f. 491r.

4. **a** - Andreas Rotwand; **b** - Warszawa, ul. Kościelna 6; **c** - marchesa Cavriani, soror; **d** - postulantur omnis generis informationes ad eum spectantes; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 12 XII 1918, Cifra A. 19, AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 650 r (N.prot. 350), copia textus "decifrati" ibidem 191, f. 466r; **h** - Achilles Ratti ad card. Petrum Gasparri, 15 XI 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 581r-582r (N.prot. 357), Cifra P 17; **i** - visitator apostolicus Secretariatum Status certiorem reddidit fratrem marchionissae Cavriani bene habere ("fratello Marchesa Cavriani sta bene")⁴⁴.

5. **a** - Principessa Elena di Serbia; **b** - Moscuae in custodia retenta; **c** - Helena regina Italiae; **d** - petitur liberatio e custodia; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratii, 13 XII 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 651r (N.prot. 355), copia textus "decifrati" ibidem 191 f. 467r⁴⁵; **h** - Achilles Ratti ad card. Petrum Gasparri, 15 XI 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 190 f. 581r- 582 (N.prot. 357) Cifra P 17; **i** - visitator apostolicus card. Petrum Gasparri edocuit se quaesitionem principissae Helenae iam incohasse⁴⁶.

6. **a** - Gulielmus Billet di Giuseppe; **b** - Post Drovianoi ycoba linea kiebot kob Russland; **c** - familia; **d** - informationes de sorte ipsius omnino desunt; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 18 XII 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 480r (N.prot. 368), telegramma.

7. **a** - Salomea Lastovskaja; **b** - inscriptio cursualis: Dumiloviči Vilenskoj gubernii, pagus Piščaki; **d** - informationes de sorte eius desiderantur; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 31 XII 1918, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 520r (N.prot. 455), telegramma.

8. **a** - Stephanus Wierzbicki cum uxore Iosepha, nata Kapuścińska, et filiabus Sophia et Francisca; **b** - Wyszyna, dioecesis Plocensis; **c** - filius Adalbertus (Wojciech) Wierzbicki OFM Cap (habitat Panormi); **d** - ab a. 1914 nulla nova de eis habentur; **e** - Adalbertus Wierzbicki ad Achillem Ratti, 2 I 1919 cum litteris commendaticiis card. Alexandri Lualdi⁴⁷, 6 I 1919 datis, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 625r-626r; **f** - Achilles Ratti ad epum Antonium Iulianum Nowowiejski, 5 II 1919, AV, Arch.Nunz.Vars. 192 f. 926r (N.prot. 606).

9. **a** - Tomasoni Bortolo, prigioniero austro-ungarico; **b** - in carcere retentus in Berezovka, Zabajkal'skij Kraj, Siberia, Russia; **c** - familia; **d** - de sorte eius nihil constat; **e** - Praelatus Fridericus Tedeschini ad Achillem

⁴⁴ Cfr. N. 331.

⁴⁵ Cfr. N. 329.

⁴⁶ Cfr. N. 377.

⁴⁷ Card. Alexander Lualdi (1858-1927), aepus Panormitanus (Palermo). A. 1907 nominatus cardinalis tituli SS. Andreeae et Gregorii in Monte Caelio.

Ratti, 10 I 1919, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 637r (N.prot. 599); **i** - familiares, habita eius inscriptione cursuali, nulla nova de ipso acceperunt.

10. a - Nicolò von Engel, generale, comandante la 47 Divisione dell'esercito russo; **b** - Wolinia aut praefectura (gubernija) Kioviensis; **c** - due pie Signore neo-converitie (Capri); **d** - inde a 15 XI 1917 nulla nova de ipso habentur; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 12 I 1919, AV, Arch. Nunz.Vars. 191 f. 632r (N.prot. 603); **i** - secretarius status suspicatur aliquam informationem de marito suo, qui quaeritur, habere fortassis uxorem eius, Alexandram von Engel, una cum duabus filiabus domicilium Saratoviae habentem (in angulo viarum Malaja Siergievskaja et Zatizynskaja 28, n. 1, cuius novissimas litteras habuit 19 XI 1917).

11. a - Augustus Schwing, "tenente della riserva", et eius collegae captivi bellici; **b** - Siberia; **c** - uxor Herminia Schwing (Friburgi Brisgoviae); de sorte eius et de auxilio, si quod ei latum esset, nihil constat; **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 15 I 1919, cum annexis litteris Herminiae Schwing ad nuntium apostolicum Monaci 12 XII 1918 datis, AV, Arch. Nunz.Vars. 191 f. 630r-631v (N.prot. 602).

12. a - Praefectus officinae marsupia et sacculos conficientis, P. Dectoit; **b** - Kiovia, Timofeevskaja 12; **c** - familiares in Belgio habitantes; **d** - de sorte eius nihil scitur; **e** - Praelatus Fridericus Tedeschini ad Achillem Ratti, 18 I 1919, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 628r (N.prot. 600).

13. a - Valdemarus Heinrich, captivus bellicus; **b** - Régiment n. 1, Parc du Chemin de Fer, Escouade 318/6, Verchne-Udinsk (Sibérie); **e** - Card. Petrus Gasparri ad Achillem Ratti, 28 I 1919, AV, Arch.Nunz.Vars. 191 f. 686r (N.prot. 722).